Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

amicus esuriens cui simplex fides nō
sufficiat. Nunquid deserendus est? Sed ad
ipsum dominum cum quo familia requiescit
pulsa orando. de quo subditur. Et ille
de intus respondens dicat. Noli mihi molestus
esse. Qui differt dare uult. ut amplius
desideres dilatum ne uilescat cito datum.
Basilius. Forsitan et ob hoc differt. quod
ingeminans tuam assiduitatem et frequen-
tiam erga se. et ut agnoscas quid do-
num dei sit. et in timore donata custodias.
Quod enim aliquis multo labore acquirit.
nititur custodire. Ne cum illud perdiderit.
suum laborem amittat. Glossa. Non quod au-
fert impetrandi fiduciam. sed uehementius accen-
dit desiderium orandi. ostensa difficultate
consequendi. Sequitur enim. Iam hostium clau-
sum est. Ambrosius. Hoc est hostium quod aperi-
ri sibi et paulus exposcit. Non solum
suis. sed et populi orationibus obsecrans. sed iuuari
ut aperiatur sibi hostium ad loquendum miste-
rium christi. Et fortasse illud est hostium quod
apertum uidit iohannes cum dicit. Ascende (de qualibet enim.)
huc et ostendam tibi que oportet fieri. Augustinus. Signi-
ficat tempus famis sibi cum mellia clauditur
et illi quod euangelicam sapiam tanquam panem
erogantes per orbem terre predicauerunt. iam
sunt in secreta quiete cum domino. Et hoc
est quod subditur. Et pueri mei mecum sunt (mistice.)
in cubili. Gregorius. Optime eos qui per an-
ima iusticie impassibilitatem uendicaue-
runt sibi pueros appellat. docens quod bonum
studium in nobis acquiritur. ab initio fuat
in natura repositum. Nam quemadmodum aliquis
adhuc inuocans circum per retinentem exacte in-
te uiciosae passionem consentiunt. tunc
qui pueri insensibiliter se habent erga passio-
nes. Cubile autem requiem intelligi-
mus saluatoris. Glossa. Et propterea premissa sub-
dit. Non possum surgere et dare tibi. Quod est
ad difficultatem impetrandi referendum. (de quibus enim.)
Augustinus. Uel aliter. Amicus ad quem uenitur me-
dia nocte ut accomodet tres panes.
utique ad similitudinem ponitur. Sed quod quis

rogat dominum in media tribulatione consti-
tutus. ut ei tribuat intelligentiam trinitatis.
qua presentis uite consoletur labores. Ipsa
enim angustia media nox est. qua cogitur
uehementer instare. In tribus autem pani-
bus et illud significatur unius esse trinitatem.
Amicus autem ueniens de uia intelligitur homines
appetitus qui debet omnia seruire. Serui-
bat autem consuetudini temporali quod uiam uo-
cat propter omnia transeuntia. Conuerso autem
homine ad deum et ille appetitus a consue-
tudine reuocatur. Sed si non consoletur
interius gaudium de doctrina spirituali quod
creatoris trinitatis predicat. magne angus-
tie sunt in homine qui premunt erumpna mor-
talis cum ab hiis que foris delectant prepe-
ditur abstinencia. et intus non est refectus de-
lectacione doctrine spiritualis. et tamen orando
efficitur. ut accipiat desiderans intellectum
a domino. et si homo desit per quem sapiencia predicetur.
Sequitur enim. Et ille si perseuerauerit pulsans dico
uobis et si non dabit illi surgens eo quod amicus
eius sit. propter improbitatem tamen eius surget et dabit illi
quotquot habet necessarios. Comparatio est a minori. (de iubetur ad.)
Si enim amicus homo surgit de lecto et dat
non amicicia sed tedio compulsus. quanto ma-
gis deus dat. qui sine tedio largissime do-
nat quod petitur. Augustinus. Cum autem peruenerit
ad tres panes. hoc est ad cibum et in-
telligentiam trinitatis. habet et unde uiuat
et unde pascat. Ne timeas. ne finiat.
Non enim panis ille finietur. sed indigen-
tiam tuam finiet. Disce et doce. uiue
et pasce. Theophilus. Uel aliter. Media nox
finis est uite. In quo multi ad dominum ad-
ueniunt. Amicus autem est angelus qui acci-
pit animam. Uel media nox est profun-
dum temptationum. In quo constitutus pe-
tit a deo tres panes. necessitatis. scilicet corporis
anime et spiritus. per que in temptationibus non per-
iclitamur. Amicus autem qui de uia uenit
ipse deus qui in temptationibus nos probat.
Cui non habet quid apponat. qui in tempta-
cione infirmatur. Quod autem dicit. Et clausa